

INCIPIT LIBER OCTAVVS.  
VM IAM IMMINERET NOVI RO

manor regis electio, congregatis ad eam rem in Francia principibus, Waldemarus Brādenburgēsis Marchio, cum adesse uel nollet, uel non posset, instructum misit procuratō militem cum mandatis, inclinatē in Fridericū Austrię ducem, Alberti Imperatoris filiū marchione: dedit oratori suo sigillatā sine scriptura membranā, ut si in alterā cerneret personam rem omnē inclinari, inscripta quā tenebat membrana, nomen eius insereret, quē cerneret uotis exuperare. Iam uenit erat ad electionē; scindeban̄ electorū uota; in Ludouicum Bauarū uidebatur pars maior propendere, q̄uis marchionis uox si Friderico accessisset, magnū illi adiēcisset pōodus: nam Rudolph⁹ dux superioris Saxonie, quia aderat electioni proxime, facte superioribus annis, nunc pertinere uidebat ex placitis cōuentis ad cōcūmē inferioris Saxonie; sed tum nūcius Marchionis cum in partem Ludouici tradidisset instrumentū, domini sui sigillo cōmunitum, illius res iam p̄pōderabāt. Cum aut̄ marchio intelligeret, suū ad electionem missum procuratō, non satis egisse ex sententia sua, uinctū proiecīt in carcerē, & fame extinxit. Ea tum electio magnas in regno fecit cōmotiones: nam habuit pars queq; assertores suos, principes enim qui pro Friderico senserant, cum obtenderent Marchionis absentiā, Rudolphi Saxonie ducis impertinentē presentiā, iterare constituerūt electionē: euocato ad eam Erico duce inferioris Saxonie, qui cum creassent Fridericū, iam biceps aquila duobus per Germaniam regibus inuolitabat. Fūt plurima per Germaniā inde mala, magnis sepe motibus cōcurrunt, donec Fridericus bello captus, in man⁹ perueniret Ludouici perinde uictoris. Sed eam rem in Saxonia plenius peregimus, nunc ad hoc solū cōmemoramus, quia Marchionis factō ea tum est nata controuersia.

C A. II.

Oloni sicut & Bohemi reges habuere, per interualla creatos, a Romanis Imperatoribus; sed cum illos tederet geminę subiectōnis, omīssis regibus duces creauere. Lakoldus hac tēpestate dux erat Cracovię, & qui per omnem Poloniā facile principaret, hic a Iohanne Pontifice Romano suscepit coronā, q̄ Ludouicū quia execrabat Papa, non duceret legitimū Imperatorem: euitās etiā ne per eam occasionē subiectus Romano imperio censeret: Iam enim pontifices in eam uenerāt maiestatē quam principes seculares dicūt presumptionē, ut reges crearent: cōtates uerbū primi post Christum pontificis: Ecce (inquit Petrus) duo gladii hic, Contra quod principes ipsi, uerbū eterni pontificis: Mitte gladiū tuum in uaginā; de gladio carnali, humano, & seculari interpretant: quasi non liceat Sūmo pontifici in eo pugnare, Vt cūq; Romani pontifices iam cōperāt reges creare: quod dudum in Patrimonio (quod uocat Diui Petri) cōceptū, cum prosperaret, in alios quoq; exequūtur. Tentauit ante hēc tēpora, VIII. Bonifaci⁹ in rege Francie destituēdo, ut Albert⁹ Ro. rex ea lege Imperator esset, ut pariter regem se Francię & gereret & defenderet:

A i

Waldemar⁹  
Marchio.

Bauarus rex

Vicissitudo  
in eligendo.Aquila bi-  
ceps.Reges Polon-  
ie & Bohem-  
ie uasalli  
imperiij.Imperator  
excōicatus.Ro. ponte.  
creat reges.

# LIBRI VIIII. CA. II. ET III.

Sed ea tum pontificis molitio illum habuit exitū, ut omisso pontifice cum minis atq; promissis suis fieret Imperator gener regis. Lakoldus autem a pontifice rex nominatus & cōsecratus, ut uidere Ecclesię gratus, omne regnum fecit Beato Petro tributariū, ut per singula quotānis capita, soluta tur num? unus, qui appellat Sancti Petri. Fecit idem ante hęc tēpora longe Karolus Kasimirus ex monacho rex: quod suo ostendimus loco: Sed temporę intercedēne res, ut sit, in abolitionē uenerat, nunc renouata per Lakoldū, cōmonitione proculdubio Pontificis, priusq; coronā illi impōnere uoluisset. Idem in Anglia reges factarū: ergo quod mediū tempōris negligentia intermisit, huius regis diligentia renouauit: ne sancto gratiū ius exigente, poenas luerent sacrilegiū: si (quod est in puerbō) sa-criis suam cērā subducerent. Quid uero rerū gesserit hic rex, quia non tene- mus, transire cogimur, uerū tamen eius fiet per sequētia, suis locis, iusta cōmemoratio. Iam uero dudū fratres ordinis Teutonicorū sub Friderico im- peratore, II. terrā Prussia accōperant, cōmendata a uicinis principib;: ut gentem incredulā ad fidē pertraherent, & in ea cōseruarēt, amplificarētq; fines Christianissimi per uicinas Letuanorū prouincias. C A. III.

Er hęc tempora, cum ann⁹ a Christo nato decimusnon⁹ post mil-  
p le trecentos ageretur: Iohannes rex Bohemiae, Henrici Imperato-  
ris filius, iam multis p̄cœlijs per Italiā clarus, iunctis fratrib⁹ me-  
morati ordinis Teutonicorū, terrā Letuanorū magnis agmīnibus inuadit,

**Massagetae.** Massagethē uetus genus barbarorū in finib⁹ illis foecere reliquias: hodie corrupto nomine uocat Samagethas. In ea gēte munitiones perfrēgerat: nobiles terre cooperant, nullis alijs cōditionib⁹ se redēpturos, nisi ut Chri-  
sti fidem susciperēt, eāq; ex animo tuerentur. In eas cōditiones dimissi plu-  
rimi, baptisati sunt: & in religione sancta pficientes, usq; in finē uitę perstī-  
terunt. Quo tempore etiā nostris in finibus ad littora Baltici maris graue  
bellum insurgebat, inter Danorū regē & Waldemarū Brandenburgensem

marchionem, antea memorabili exemplo iunctos amicitia, quo nūc tristi-  
or erat belli facies: Sed tum inuenit pars queq; auxilia sua. Regi militabāt Ericus Saxonie dux, Wentzlaus dñs Rugianorū, Gerardus & Iohānes Holsatię, & Henricus de Zwerino, comites. Ciues Gripeswaldenses urbē suam regi, ut ad nauigaret, exhibuere. Marchio ducebat in agmine Otto-

nem de Stetino, Werslau de Wolgasto, fratres duces, cum urbib⁹ Rostoc-  
kio atq; Sundensi. Lubicenses, & si uocarentur utrincq; in partes, neutrales  
tñ cōstitere: q; eum regē per decenniū defensorē accipiunt sue urbis, quod in Dania scripsim⁹: & marchioni ex aduerso propter imperiū, cui suberāt,

repugnare nō oporteret. Multa uicissim irrogata dama: multa leuia fue-  
re p̄celia: multe (ut fieri solet) p̄dē, sed plurimos labores bellū dīrēmit  
mors utriusq;: nam proximis diebus ambo in fata cōcesserunt. Waldema-

rūs aut̄ marchio moriens nullū reliquit heredem. Mira rerū conuersio ac  
reutolutio: nō multos ante annos nouē & decem erāt huius tituli marchio-  
nes, adulti, ac minores etate: nūc in eam orbitatē uenit prouincia, ut sine prin-  
cipe terra recideret, uelut feudū in iis Imperatoris Ludouici Bauarii. Ergo

**Regnū Polo-  
nię tributari-  
um.**

**Monachus  
rex.**

**Quadeau-  
sa Pruss. a da-  
ta ordini.**

**Massagetae.**

**Cōdicio p̄f-  
sima.**

**Bellū oriſ.**

**Belli socij.**

**Lubicenses  
neutrales.**

**Marchio si-  
ne herede.**

**Marchie de-  
volutio.**

## LIBRI VIII. CA. III. ET III.

solenni principū conuentu in Numburgo habito. Ludouic⁹ Romanorū rex, Ludouicū filiū suū de marchionatu inuestiuit. Hec est secūda huius principat⁹ in nouam familiā trāslatio. Nam ab Henrico primo, Romano rum rege institutus marchio, transmisit illū ad filiū: inde ad nepotem Theodericum: qui sub Hērico II. per occasionē superbē increpationis in principem Wādalorū, tota gente rebellāte, exutus omni principatu: cum gens omnis ad paganismū relaberetur, amissa ciuitate & omni ditione, ad prebēdā uiueret in Magdeburgo. Sed reparatis post interualla reb⁹ in Wādalia, Otto de Balenstede & de Anehold comes, Insigni⁹ aut̄ fili⁹ eius. Albertus, reparauere principatū: iam tum sub Friderico I. cui⁹ successio ad hēc usq; tempora peruenit.

CA. III.

Cōvent⁹ in  
NumburgoPrinceps ui  
uit ad prebē  
dam.

Henric⁹ Leo

Waldegge  
opidum.Aqua mitti  
tur in cuni  
culum.Titulus prin  
cipis Wāda  
liæ.Capit⁹ prin  
ceps Wādal.Cōpositio  
belli.

Enricus, Henrici captiui filius, pro magnitudine animi, & rerum omnī dexteritate, cognominat⁹ Leo, mortua breui prima coniuge Beatrice, filia Alberti marchionis de Brādēburgo, ex qua unam sustulit filiā, Mechtildim, post nuptā Ottoni Luneburgensi duci: accipit secundā coniugē Annā, germanā Rudolphi ducis superioris Saxonię, ex qua sustulit Henricū, in puericia decēdēte, Albertum & Iohānem, successores, & geminas filias, qua etiā decēdēte, iam senex duxit tertiā relictam W̄islai, principis Rugianorū, hui⁹ prēclar⁹ facinus est terrā Stargar densem primo tulisse gladio de manib⁹ marchionū: inde etiā, coemisse prelio ad securitatē posterorū, quibus necq; sic cōquiescerēt marchiones, militavit non sine gloria regi Bohemię in Rudolphū Imperatore. Marchiones renouabant ueterem questionē de Stagardia & magno agmine duxere in prouincia: cōpere arcē Vorstenhagen: opidū cinxere Waldegge, ibi pertinaciter oppugnatio gerit & defensio, cuniculis rem secreto tentat hostes, obfessi intelligunt eque taciti, ubi rem pene uidebantur explesse: obfessi loco gnari, occurrunt, & reserato desuper foramine, aquam immittunt, & omnes prefocāt, qui inerāt, milites marchionū. Mota inde castra, & peruenire in urbē Brandēburgū, eiusdem ditionis, in Stargardia: inerat Henricus, domin⁹ Magnopolēsis, cum Rudolpho duce Saxonie, sed qm̄ necdū conuenit exercitus prodire in aciem, non intentarūt, missis tñ quibusdā leui praelio congregiunt, & capti sunt ex agmine marchionū, triginta militares, inde quoq; mouentes, transierunt uadum in Vorstenzee, ibi quoq; noūissimū agmen carpebatur ab insectantib⁹, & capti sunt militares sexaginta, expectabat domin⁹ Magnopolensis agmina sua, in quibus erant comites Holsatię, Iohānes & Gerhard⁹, & de Zwerino: obuiū habuere ueniētes dñm Iohānē Wādalię principē, qui tum de Werle titulū habebat, nā Wādalię titul⁹ olim honoratissimus, tum cōcepit in contemptū uenire. Nicola⁹ ei⁹ german⁹ alio agmine diuerso itinere ducebat: militabāt aut̄ marchionib⁹, Iohānes collata obuijs manu, comitem cōcepit de Zwerino, sed cum iterū per occasionē cōgrederent, capt⁹ est ipse Iohānes de Werle princeps, & protractus in conspectū domini Henrici, & in redēptionē suā dimittere cogitū Hērico Malchin, iussus deinceps sequi Henrici caltra. Ita ubiq; cessit fortuna Magnopolēsi. Dum res in cōpositionē adducitur, red

A. ij

LIBRI VIII. CA. III. ET V.

Cōvēt⁹ mul  
tos p̄cipū

Thietmarsi  
victores.

Belli socij.

Arx Vera  
de erigitur.

Rugie prin  
ceps sine li  
beris.

Obsidetur  
urbs Strale  
funda.

Capit⁹ dux  
Saxonie.

didere marchiones inuasam terrā literis & priuilegijs rem fulciētes: Proximo anno Henricus de Magnopoli, inuitauit in urbē suā Wismariā, Ericū Danie regem, Waldemarum de Brandēburgo, Marchionē, cuius de morte proxime per āticipationē dixim⁹, ut sepe necesse est in historia, Ericū & Iohānem duces Saxonie, Iohānem & Iohannē dñs de Werle, Gerhardū & Iohānē comites de Zwerino & Wittēburgo, facta est ibi reconciliatio per Hēricū, regis & marchionis, qui occultis simultatib⁹ laborabāt. Disce dēs inde Waldemar⁹, febre corripit, nec diu superat reb⁹: cōperta ei⁹ morte Hēric⁹ secreto mādauit partis sue prefecto, curaret de munitione Werl nouiē callide excludere prefectū marchionis, tenebant enim cōmuni triū iure clauē maris. Imminebat tum expeditio comitū Holsatię Gerhardi & Iohānis in Thietmarsiā que infelicitate cessit: cēsi ibi plurimi, inter alios comes de Wunstorp, sed dominus Henricus & ipsi comites, cum teneret stationē retrocesserūt, cēsis qui introrsus excurrebat. Vix redierat Henric⁹ in terrā suam, audiuit marchionitas nouos motus post Waldemaru consilice re: nam Wartislau, Stetinensem principē sibi sociauere. Ille uero uocatis in bellī societate Holsatię comitib⁹, aggreditur perduellis, obsedit Tempsum, & cōcepit, nōnullas ibi firmavit arces, ut in fide cōtineret uacillātes. Nec longum tempus in medio, cum in munitione Wernemūdē dissideret prefecti principū, Henrici prefectus eiecit regiū, & tenuit inde solus maris presidiū, processit in ducem Stetinensem, & erexit arcē Verrade inuito duce, ac tenuit: Iohannē de Werle patruū, sibi perpetuo iure deuinxit, data illi arce Wredenhagen: inde quoq; dissidiū erat, quod creuit in graue bellū, inter eundem Henricū & Wismolum de Rugia, principē. Inuicē erexere fortalitia ad confinia Rebenisse, & in mutuā predam excurrūt, conspirauere in Henricū cum omnes in circuitu principes, & condicēta die, uastarunt terrā: peruenērāt Magnopolim, & omnia subuerterūt, Hērico ad omnia quiescēte, quia imparatiū occupauerant. Quibus in sua digressis, ad proximos uertit, & Wādalię reddit uices. Cūq; Rugie princeps decederet sine liberis, Henricus, & dux Stetinensis, & Iohannes de Werle, ingressi terrā, gladio illam sunt partiti.

CA. V.

Er eadem fere tempora memorabilis illa obsidio multorū principum, ad urbē Sundensem, intentata est: Christopher⁹ Danie rex erat in foedere principum, memor qđ ea urbs prisco bello steterit, in fratrem suū Ericum, cum partibus marchionis fauisset, eam nūc rem ultione prosecut⁹ rex, uenit a mari classe ualida ad nauigās: a terris aut domini de Magnopoli, & comites imminebāt Holsatię, sed omnes oppugnatutorum copias agmine suo preuenit Ericus dux Saxonie, qui prim⁹ adequans, locū castris uenientiū, metabatur. Ciues hunc solū cernentes, cōcepta fiducia egressi, pugnāt in eum priusq; alia man⁹ aduentaret: collata manu dux ipse capit⁹, & in ciuitatē pertrahit. Superuenientib⁹ a mari & a terra cōteris ad oppugnationē, cecidere animi, intētauere tū ad quod uenerāt. Ciues fisi munitionib⁹, urbē suā tutati, nichil tū incōmodi accipiētes, ducis enim captiuitas, que debuit accēdere preliantes, fœcit segniores. Aliquā

## LIBRI VIII. CA. V. ET VI.

is ergo oppugnationib<sup>9</sup> factis, exercitus nihil sperantes, reduxerūt: mirū in tanto multor<sup>9</sup> principū agmine, tantā tum fuisse ad res gerēdas tarditā tem: aderat enim rex Dani<sup>9</sup> Christopher<sup>9</sup>, magnis regni sui uirib<sup>9</sup>, Brige- rius rex Sueti<sup>9</sup>, cum non contēnenda classe: Albert<sup>9</sup> dux superioris Saxo ni<sup>9</sup>, Eric<sup>9</sup> inferioris sol<sup>9</sup> ut dixim<sup>9</sup> infoeliciter capt<sup>9</sup>, Sueo dux Sleswicen sis, Kanut<sup>9</sup> Pors, dux Hollādie, Gerard<sup>9</sup> & Ioānes comites Holsatorum, Adulph<sup>9</sup> comes de Scowēborg, Guncelm<sup>9</sup> comes de Wittēburgo, Hen ricus comes de Zwerino, & Henricus dñs de Magnopoli, Pribislaus dñs Wandalie, Magna pculdubio manus conspirantiū, in perniciē unius cū tatis. Sed tum nihil dignū memoratu a tam magno agmine est peractum. Captum aut̄ ducem, ciues tradiderūt principi suo Werzlaō duci de Wol gasto: qui illū peruenire curauit in manus Ludouici marchionis de Bran deburgo: nec ante trienniū laxata est captiuitas eius, tum enim pro redem ptione fertur exoluisse argēti puri marcas sedecim milia, Magnū profecto es, quod exhaustiret diuitis arcām principis.

CA. VI.

Ec longū tempus in medio, cum bellū graue exarsit inter Ludo uicum marchionē, & Henricū dominū de Magnopoli ex finib<sup>9</sup>, ut est cōiectura ditionū, produxere in inuicē armatas acies, cōcur rerāt ad opidū Granzoi, in terminis Marchie, ibi collata manu confligūt pertinacissime, captus aliqñ marchio, peruenit in manus hostiū, sed glome rati milites eius, ad nihil aliud contenderūt, q̄b principē suū de manib<sup>9</sup> ho stium extortū, reducere: perfœcit improb<sup>9</sup> labor, ut manib<sup>9</sup> illū hostium extraherēt: capti de exercitu marchionis, de Regensten, & de Mansuelde comites: ediuerso capt<sup>9</sup> est a militib<sup>9</sup> marchionis, Iohānes Holsati<sup>9</sup> comes, qui exacto in captiuitate triennio, ea demū lege relaxa<sup>9</sup>t, ut accipiat uxorē, Katherinā relictā Iohānis marchionis de Brādenburgo, dos erat redem ptio captiuitatis: non grauis conditio sic capti, qui lucro tulit uxorē, quanti pugnauere capitis periculo, nō hoc cōsequuti quod ille capt<sup>9</sup>? Per quod tempus, cum cōtrouesia inter Danor<sup>9</sup> regē Christopher<sup>9</sup> & Henricū dñm de Magnopoli ex quibusdā causis suborta durasset: rex finē reb<sup>9</sup> dare cō stituens, permisit in compensationē damnor<sup>9</sup>, que memorato dño fuissent irrogata, omne ius, quod in Rostockensi dñio illi esset: Submisserat enim iam dudū se dñs Rostockij Danor<sup>9</sup> regi: cū a marchione, quod supra diximus, sibi timeret: quo iure, mortuo dño de Rostockio sine prole, puerū eum dixerē: siue q̄ ab ea etate defocisset, siue ob aliam causam hoc illi no men inderetur, peruenit dominiū ad successionē dñor<sup>9</sup> Magnopolensiū. Quo constituto, rex exornata classe nauigauit in Trauenam, ad locū, qui Densheborg dicit, tentoria fixit: expectans Romanor<sup>9</sup> regē Ludouicū: quise ad colloquiū occursurū per nunciū significauit. Cōcooperat enim si liam suā regis Ludouici filio despondere. Sed cum aliquādiu rex Ludoui cus expectatus nō ueniret: rex Dani<sup>9</sup>, pansi in altū uelis, vestigia retro legit, reuersus in regnū: ne dignat? quidē inuisere Lubicā, q̄uis ex tam propinquō cōstitisset. Ante oculos illi erat ius, quandoq; regū Dani<sup>9</sup> in eam urbē regno detractū, reiectūq; iugū subiectionis; de quo aliqñ reuocādo

A iiij

Multi prin cipes cōspī rant in unū opidum.

Dux capti uus daf̄ prin cipi.

Oritur bellū

Capit Mar chio.

Captus ar mis recuperat

Pulchra &amp; utilis dos.

Transactio.

Trauena flu.

Lubicaolim iuris Dano.

## LIBRI VIII. CA. VII.

135

**iam secum cogitabat, non passus subiçere oculis urbem quam sine recor-**  
**datione iniurię, cernere non posset.**

CA. VII.

**Ostockenses aut̄ ciues cum intelligeret se in ius dñi sui Henrici**

**Magnopolensis peruenisse, iam forte dño eorum uita functo, uel q̄**

**eius potentia ad ea, quę poscebant authorisanda, imparē putarēt,**

**Demolit̄ arc̄ orauere, ut liceret eius permisso demoliri munitionē, quam rex Danie Eri-**  
**Rostocken.**

**cus, firmasset ad ostiū Wernouig. Ille, ut nouis ciuib⁹ gratificaretur, acce-**  
**pta ingenti ab illis pecunia, permisit: passa fuit, immo exēgit ratio tēporū,**  
**q̄ tunc impetrarēt, quod posteriorib⁹ sēculis, & potissimum nostra ētate,**  
**nullo auro cōpensarent: frenū erat in maxillis proteruentiū ciuiū, sed tum**

**ciues ad uota impetrato quod poscebāt, mox solo eequalū omne edificiū,**  
**usq̄ ad solā turrim, quę specula remansit ad nauigantib⁹ de mari, ut nocti-**  
**bus inde lucernam cernerēt, cauentes terre propinquare, simul ut portum**

**inueniant, alioqui inuentu non facilem. Idem dñs Henricus, cum grādi pe-**  
**cunia indigeret, nec sufficerent prouent⁹ suorū dominiorū, a monasterijs**  
**sue prouincie, & omnib⁹ ecclesiasticis, depositis unius anni prouētus: ilico**

**omnes uno ore ecclesiastici, reclamarūt, q̄ non liceret deo dicata usib⁹ pro**  
**phanis applicare, nec liceret nisi summo desuper cōsulto pōtifice, in talibus**  
**quicq̄ constitueret: ille uero cum instantius urgeret, iam manum intentās**

**quadā ui, ut inuerti facerent, quod sponte facere recusarēt: interdictū est sa-**  
**cris per omnē terram. Tum mansuetus Henric⁹, coepit esse tractabilior,**  
**egitq̄ cum patrib⁹ Cisterciensis ordinis, qui soli in eo habitāt principatu,**  
**ut accepto molendino in Godebusch presenti onere principē supportarēt,**  
**alleuarētq̄ inuenta undecūq̄ pecunia. Circūspiciētes illi repererūt qui pe-**

**cuniā numeraret, ut rugientis clamores leonis cōprimerent. Erat aut̄ tum**  
**uicesimustertius post mille trecentos annus, cum gelidissimo frigore mare**  
**constringeret ut pedestri per glaciē itinere de littore nostro in Daniā inq̄**  
**Prussiam mare transiret, dispositis per oportuna loca in glacie hospitijs, si**  
**quid cōmeantibus interuenisset. Propinquabāt Henrici Magnopolensis**

**nouissima tēpora, ubi sensit urgeri se ad mortē, ut omnia uitę tempora for-**  
**titer ac strenue peregit, uolebat ultima non negligere, ubi eternitatis inest**

**ratio: igit̄ uocatis proximis, pro testamēto ordinavit construi monasteriū**

**Sancte Clare, in curia sua opido Rebenisse, cui p̄dīa ad sufficientiā dele-**

**gauit: monasterio Dobran, in sepultura patrū suorū, se condi iussit, legans**

**monile, licitatū ad quadringētas argenti marcas, dextrariū quoq̄ suū, cen-**

**tum argenti marcas p̄cīo estimatū, arbitror illa tempestate marcā argen-**

**ti cum usuali tum incidisse, quod longe contra est in dieb⁹ nostris, ubi usu-**

**alis ascendit ad duodecim, ut equiparet unam argenti. Iussit aboleri idem**

**Henricus, impositionem ruricolis inolitam, canum fruges uocat, & quie-**

**uit cum patribus suis.**

CA. VIII.

**Vnō Wandalia, ueteri nomine in ea regione prouinciam, admini-**

**straret Iohānes Nicolai proximi Presidis german⁹ frater, Iudei,**

**qui ab antiquo ibi māsitabāt, piaculare crimē (ut sepe alias) com-**

**misere in uenerabile Christi Sacramentum, in Craconē eius ditionis op-**

**Specula Ros-**  
**stockij.**

**Sacra nō ap-**  
**plicāda pro**  
**phanis.**

**Hospitia in**  
**glacie.**

**Testamento**  
**cōdit mona-**  
**sterium.**

**Mutatio ua-**  
**loris marca-**  
**rū argenti.**

**Iudeorum**  
**camen.**

LIBRI VIII. CA. VIII.

dulo, effractis ecclesiæ forib⁹, & sacratis inde postib⁹, furati sunt tremendū Christi Sacramētū in pixide, multis sacratis ad causam infirmor⁹ hostijs, quasdā pūctionib⁹ torserūt, alias scissuris lacerarūt in cōtumeliā Christi; ceteras ut conculcauerūt, sparserunt publico itinere, ut Christianor⁹ etiā pedibus calcarent: Sensere primi sacerdotes furtum, & quid suspicarentur nō habebant, detulere rem maiorib⁹ in opido: perlata est ad Gustrowen se Capitulū. Clerus indictio ieunio postulauit a deo reuelari, quid factū esset de uenerabili Sacramēto: furem ne argētū, an sacramentū inuitasset: Cum deferret res ad dñm Iohannē presidem, cœpit statim suspicari quod erat, iussitq; rapi Iudeos in questiones: statim fatentur crimē, detegūt con scios, corripiūt omnes noxiū in prouincia, sacratę hostię querūt in za bulo, crebrescunt miracula, fit populorū cōcursus, ex uotis piorū instruit̄ capella, Christo laudes personāt: Iudei exquisitis supplicijs fracti, rotis ne cantur: Nec longū ten⁹ in medio, ad annū Christi tricesimū post mille trecentos in Gustrow, similis execratio Iudeor⁹ detegit, hoc ordine: Erat Iudea mulier, ad Christū suscepto baptisme cōuersa, obuiā habuit in ui co Iudeā, germani sui coniugē Eleazari, ea inuitabat conuersam in dñm suā, humanitatis specie, at illa, deum inquit meum timeo, ideo me retraxi a cōmunione Iudaica: stomachata Iudea refert, quia pro facinore & flagis cito exclusa es a Synagoga, ad Christianos te cōtulisti, ut laxi⁹ luxurieris, Quid, inqt illa, dicis o uenefica? cogit me calūnia tua fateri quod nunq; fassa sum, cur a uobis discesserim: meministi, cum uenerabile Christi Sa cramentū a Christiana muliere coemptū, pungeretis in Synagoga astāte me, & uelut infantis uagitū audiēte: terruit me iniuria, mouit me rei mira culū, uisitauit deus cor meū, ut protinus fugerē a uobis in ecclesiā, assēcta misericordiā cum baptisme, quam utinā tu & tui omnes ex animo requi reretis, hec erat uera a uobis declinādi causa, non quā odiosa singis. Audis uere nōnulli uerba mulier⁹, & cœpit obseruari Christiana ad ueritatis in dagationē. Res peruenit ad Iohannē principem, & zelo dei feruens, exclamat: Num perfidū gen⁹ potest a cōtumelia cōditoris cohiberi: ilico iussit omnes in urbe teneri Iudeos & adhibitis questioneib⁹, cœpit indagare ueritatem, sed adeo callum pectoris in gēte obduruit, ut t̄uis res in uero fu erit peracta, neuter sex⁹, nulla etas fatereſ. Adducta est Christiana mulier quę uēdiderat, profugerat enim, cum audisset rem detegi: in cōspectu dñi Iohānis cōfessa est crimē suum, uitā deprecata, quia fallente diabolo corrū isset, emēdatura uitam salutari pœnitētia: Erit, inquit ille, digna operis tui remuneratio, tantū deprecare deū, ut propiciat⁹, tibi ueniam largiatur: ius sitq; mox cōcremari: Tum missis militibus ad maiorē gētis Eleazar, sua deri foecit, ut detecta hostia, quā male extraxerint, saluet se ac gentē suam, suscepto baptisme: Ille respondit, nunq; se contra ueritatē dicturū, etiā si ignominioſe sibi ac suis sit moriēdū: nobilis uxor Iohānis interpellabat cō iugē eiusdē, si ea flexa uirū emolliret: quod ubi perspexit Iude⁹, exclamat, constā esto mea Methilda, nihil te terreat, pro ueritate moriētes in sinum Abrahē mox euolabim⁹, iussit apparari in cōspectu pyrā ingētē, ut presen

A. iiiij

Iudeos imo  
pietas.

Indicturie  
iunium.

Prudēs pres  
sul.

Miracula.

Alia Iudeos  
rū impicas

Iudea cōuer  
sa maculo  
se.

Iudei adque  
stionē positi

Exclamat  
io fidi Iudei

## LIBRI VIII. CA. VIII. ET VIII.

Cōditio ob  
lata p̄tinaci  
Iudæo.

Responsio  
Sacerdotis.

Inuenit Hos  
stia sacra cru  
enta.

Letuanie p̄  
Christianæ.

Responsio  
principis Let  
uanorum.

tis supplicio terreant, omnes cōcremādos, nisi detegeret uenerabile Christi Sacramentū: nemo mouetur, iussit ceteros in ignē projici, seruato Eleazaro cum uxore; nūc, inquit Iohānes, tuū est eligere quid malis, uiuere in honore, an mori in cōtumelioso supplicio? detegenti quod requiro, & deinde baptisato, copiosam facio prouisionē, ut cum uxore uitā agas nō iniucūdā, indurat autē cōcremaberis. Ille quassans caput, nihil dicit: projcitur uxor in ignē, non mouet; mox & ille cōcremat, cum se cōtra ueritatē loqui non posse, testaretur. Mirat Iohānes, cœpit intra se cogitare, ne forte sacerdos qui cōuersam baptisarat, odio in Iudeos flagrauerit, cum muliercula rem cōfinxisset: utroq; aduocato, dixit: nisi fuerit a uobis detectū quod detulisti Sacramentū, iam compertū habeo a uobis compositā fabulā: proinde, Iudeorū innocuā necē sanguis uester expiabit: Territi, respexere in alterutre: tum sacerdos, Habes presentē quē fatē quid uiderit: audisti uenitricē, quē non negauit: ad me crimē quid pertinet? qui nihil ac debui, feci; audistis, ait ille, decretū, mulier nihil diffisa, ait sacerdoti: modo sit nobis ingressus in fratri Synagogā, inueniem⁹, miserāte deo, qđ querimus: deuotissime se negocio coaptarāt: premissō ieunio, ac sacra cōione cū presib⁹, & assumptis uiris grauib⁹ ex opidi cōsularib⁹ foderūt diu: demū cū īā obrep̄sisset desperatio, inuenerūt uitro tectā peplo inuolutā, hostiā, quatuor locis cruentā, aduocaſ cleris, pulsantur campane, in laudes Christi ora laxātur: capella in loco inuētionis, de oblationib⁹ accurentiū, erigit, ecclesiastica stipendia fundant, ad cōcinnandas deo laudes. Permālit capella in annū tertīū, post quingētos ac mille: tum enim cōflagrante opido ab igne fulguris, cum ecclesia parochiali, deperit: in uigilia apostolorum Petri ac Pauli.

## CA. VIII.

Etuania, terra haētenus (nisi ex quadā parte, Christi fide illuſtrata) cum maiori parte prouinciarū, uanis adhuc ritibus insordescet, idolis dedita, per hēc tempora spem suę conuersionis preſtare uidebatur: Nam Frideric⁹ Rigensis archiepiscop⁹, certo nitens fide dignorum testimonio, scribit Iohāni, XXII, summo p̄tifici, tum in Gallijs Aūi nione curiā fouenti, propter Romanorū tumultuationē, dignetur sua sanctitas mittere Episcopū & abbatem ad postulationē Letuanorū, in quibus ostiū fidei uisus sit aperire Deus: Nam eius gentis principes hoc polliceri uidebant, si Romani pontificis illis accederet authoritas: erigere ecclesias, fundare monasteria, in animo haberēt. Nihil cunctat⁹ pontifex, anuit postulatis, mittens episcopū cum abbatे & clero cōpetenti: qui ubi in Liuoniā peruenere, perduci sunt anitēte archiepiscopo Rigēsi memorato, in cōspectum Letuanie principis, exposito legationis suę mādato: Cum barbarus uir iam animū mutasset, in hanc sententiā ferit respondisse: Papā uestrūm nec noui, nec nosse cupio: fidem ac religionē, quā paterna traditione accœpi, in permanebo: certas pro illa a sanguine usq; ad mortē. Legati ubi audiuerūt, deiectis in terrā frontibus, non leti redierunt: tantū itineris tantū periculorū, per mare, per terras, emēsi. Sic se res habet, Antiquus ille hostis, princeps tenebrarū, Aegypti tyranus Pharao, non dimittit populū

LIBRI VIII. CA<sup>A</sup> X. ET XI.

dñi, nisi in manu fortis. Fratres domus Teutonicę nō illis erant uiribus, ut sine proximorū regum auxiliarib<sup>o</sup> armis gentem Barbarę ferocē & multitudinem innumerabilem inuaderent. Poloni enim tum alijs impliciti bellis, rem sinebant intactā; que totius regni uires depositare pro sui magnitudine uidereb<sup>et</sup>. Oratores summi pontificis sine fructu redierūt: Ipsi tñ mercede sua apud dñm non fraudati. Scriptū est enim: Reddet deus mercedē laborē sanctis: laborē inquit nō euētuū: nō enim est in hoīe uia eius. X.

**I** Akoldus interim rex Polonorū memor, quid regnū suum aliquā

Lakold<sup>o</sup> rex  
in Marchiā,

a marchionibus de Brandēburgo patet, cum incursione facta rex capereb<sup>et</sup>, & Marchia noua regno adimereb<sup>et</sup>; in eam rem armis ulciscendā, uires multas collegit. Accessere illi Letuani, quorū regis filiam tenebat uxorem. Accessere Vngari, q̄ rex illorum filiam Lakoldi coniugem haberet. His agminibus cinctus, mouit in Marchiā. Fratres Teutonici iter tum incolume prestitere Letuanis, q̄ bellum a gēte in se auertere non auderēt: presertim, cum in auxiliū prodirent regis Polonorū: pretererant autē marchioni quietis suę causam h̄dem fratres, q̄ a summo pontifice, qui patrē marchionis Regē Romanorū ex cōmunicatum haberet, literas ea de re accopissent. Ergo Poloni his aucti uirib<sup>o</sup>, nec ullis tardati repagulis, in Marchiā duxere: p̄dēs & captiuitatib<sup>o</sup> omnia uastātes. Abdūcti uiri, mulieres, iuuenes, uirgines, senes cum iunioribus, sine numero: pecora cum omni suppellestili. Obsessa ab illis urbs Prinslauia, & aliquā diu oppugnata. Erat inter Polonos, qui illam Christiani populi presertim ab infidelib<sup>o</sup> Letuanis cladē miseraret, sciēs q̄ onerosus q̄q̄ odiosus esset rex Dawida Letuanorū, suę ditionis Christianis, loco ad insidias prouiso, eundē regē Ploscouia egrediētē, admissō equo infestissima hasta incurrit, & gladio pfoſsum, extinxit: citissime cursum uertēs, ut celeri ad cursum iumento, hostiū uindicū manib<sup>o</sup> eriperet. Hic erat exit<sup>o</sup> p̄fidi regis, qui Christianismū suscipere contēneret, illuderetq̄ uanis promissis de lōgissimo uenientib<sup>o</sup> itinere: quiq̄ subiectis Christianis grauis immineret. Poloni euastata prouincia, cum nemo prodiret in aciē ex aduerso, agmina sua reduxerē. Sic etiā hodie res geruntur in eis regionibus: non stataria pugna totis cōfigunt acieb<sup>o</sup>: excursionibus agūt inuicē, & redeūt, idem passuri ab hostibus sequētib<sup>o</sup>, posteacq̄ illi exercitū suum iam dimiserūt. Ita Russi, Letuanī, Turci, Tartari, hodie pugnant: nisi enim casus faciat obuios, non desmorantur hostem donec prodeat in aciem.

CA<sup>A</sup> XI.

Trucidatur  
rex infidelis

Quib<sup>o</sup> mos  
pugnādi per  
incursiones.

**q** Vo tempore, cum Henricus Magnopolis dñs, bellum renouaret in Iohannem Wandalię dñm, quoties antiqui uulneris memoria recrudesceret, infestis cohortib<sup>o</sup> concurrerūt ad cōtermina pagi, quod dixere, Frederckstorp: Ibi multis in proelio captis, Henricus Iohāne cōiecit in fugam, coegeritq̄ malis in eum plurimis, ut domi quiet<sup>o</sup> maneret: non enim equis aut uirib<sup>o</sup> aut simili ad proelia erat fortuna. Per idem tempus Nicolaus de Wittenburgō comes (pars est ea comitatus Zwerinēlis per partes diuisi, cum multi essent filij cohēredes) quo cōſilio, nō est omni no dicendi locus. Sed tñ si principat<sup>o</sup> per Germaniā indiuisi manerēt, lon-

Destrafat di-  
uisionē prin-  
cipatuum.

## LIBRI VIII. CA. XI. ET XII.

ge formidabilior esset uirtus eius, q̄ sit modo, cum sit multis partib⁹ dimē  
brata; ut crebrius in se uersis uiribus, abutatur euiscereturc⁹, q̄ ab exteris  
superet: Non sic Francia, quę semper studet unico per omne regnum prin-  
cipatui: unde fit, ut crebriorib⁹ uictorijs illustretur, min⁹ ciuilib⁹ bellis la-  
ceret, sed hęc alias. Nicola⁹ comes de Wittēburgo (quod dicere institui)  
tum rebus excedens humanis, duos reliquit filios, Nicolaū & Guncelinū  
quod in eam rem ab annalib⁹ receptū cōmemoratur, ut uideam⁹ quibus  
tum scissionib⁹, etiā comitat⁹ unus esset diuisus: cum ali⁹ de Zwerino, ali⁹  
de Wittēburgo, comites censeretur. Qua etiā tempestate, iam de ecclēsia  
Caminensi erat cōtentio: uetus palestra litigantiū, uacuata erat, morte ep̄i-  
scopi cathedra, Canonici elegerūt de suo numero, Iohannē de Gottingen  
uirum prestantem & illo in ecclēsia loco dignū. Papa prouidit ecclēsī, de  
quodā fratre Io. ordinis p̄dicatorū: q̄ uel electionē proueniret, uel quid  
in ea uitij deprehenderet, aut q̄ plenitudine sue potestatis, ut solent, ute-  
retur: nondū extātib⁹ principū Germanie cōcordatis: quę repagulū obij  
ciunt. Hic frater ueniens in ecclēsī tam erat gratus, q̄ sus, ut ferūt, in uicū  
Iudeor̄, quid enim nūc faceret? qui cum suis, dec̄q̄ suo corpore electis, uix  
agunt pacifice: quid facerent de alieno? Sed Papa ubi intellexit, litem dire-  
mit: ut prouideret memorato fratri Iohāni de ecclēsia Verdensi tum uacā  
te, patientiores illi uidebātur ad alienū pōtificem q̄ Caminēs. XII.

Enerat tum Lubicam, Bertoldus de Hēnenberg comes, nobiliū  
u solēni secū apparatu ducto; secū etiā adducēs Ludouici marchio-  
nis puerū nouēnem, filiū: ut inde traīceret in Daniā, desponsatu-  
rus puerō filiā regis Danor̄ Christopheri: ad eam solēnitatē honoris gra-  
tia, multi euocati principes, uenerāt: Inter quos Henricus dñs Magnopole-  
sis, acer in armis, qui magnā Marchiē Brandēburgēsis sibi partem, per ar-  
ma cōquisisset; interpellat eum rex secreto, uelut cassib⁹ in regno clausum:  
incertū an comitis memorati cōsilio, ut accepta pecunia, eam reddat ditio-  
nem marchioni: aut, si id mallet, in man⁹ regias. Sciens Henric⁹ graue esse  
pernegare illi, qui etiā cogere possit, cum esset in alieno: Respōdit regi: una  
se nocte deliberatur, facile de his rebus cum illo trāsigere. Ille mox ubi ad  
suos rediit, iubet sub noctē expediri nauim: secreto, festinusq̄ rediit in ter-  
ram suam: Comes ubi expleto in Dania negocio suo Lubicā redierat, euo-  
cat Henricū principem memoratū: cūq̄ illo agit, ut Henric⁹ acceptis ui-  
ginti marcarū milibus, Brandenburgēsis monetę, reddat principi suo ter-  
ras ademptas: insuper foed⁹ perpetuę pacis inierūt: ut in reliquū tempus,  
suo quisq̄ cōtentus, cōmunes hostes iunctis uirib⁹ persequerent: inc̄q̄ eas  
conditiones discessere. Quo etiā tēpore Werla⁹ dñs Rugianor̄ excedēs  
e terris non reliquit sui corporis heredes: cuius terre dominiū, uicini principes  
omnes ambierunt: rex Danię, dux de Wolgasto, dñs Magnopolen-  
sis, princeps Wādalie: pro se quisq̄, cōtēderūt. Sed regi, q̄ maiorib⁹ esset  
uirib⁹, q̄q̄ antiquū in eo feudū collocasset, maior eius pars tum cōcessit.  
Nomē enim (quod diximus) habet illa insula & uet⁹ & illustre: q̄ Gothi  
primū egressi Suecia, diu ibi habitantes, in magnā gentē coaluerūt. Lōgo

Frācie unus  
princeps.

Comitatus  
diuisus.

Frater mens  
dicās ingra-  
tus in ecclē-  
sia sēculari.

Maximoni-  
um inter pu-  
eros.

Graue illi ne-  
gare qui po-  
test cogere.

Rugianor̄  
dñs sine hę-  
rede obit.

LIBRI VIII. CA~~S~~XII. ET XIII.

bardi quoqz longo post tempore in ea commansere: sed utriqz ad maiora egressi regna, genti Wādalorē suā prouincia reddiderunt. C A. XII.

Agdeburgi per ea tēpora archipr̄esulatū administrabat Burchar

m dus de Scapelaw comes: uir singularis & industrie, & religio-  
nis: qui annis in pōtificatu nouē atqz dece, cū laude peractis, illū  
habuit exitū, quem Christianis temporibz nemo pontificū est expertus:  
uir erat sobriz, pius, castus, fortis, prudens: & qui iura ecclesiæ sue, magno  
semper labore tueret: multa illi foris bella, multe ab ciuibz dissensiones:  
Ministeriales quoqz ecclesiæ sue, illi se aliquā opposuere: sed nō potuit de lo-  
co motieri cōstātie quadrāgulz, ubiqz uictor supabat. Ciues illi Magde-  
burgenses infesti fuere, qp improbā eorū uoluntatē refrenaret: lingue ma-  
liloque, mēdaciter plurimū illi in populo odium cōsciueret. Cessit, & absti-  
nuit urbe: clerus quoqz cōcessit: non tñ omnis uno erat animo in pontifi-  
cem suū. Erat inter ciues quibz fideret archiepiscopus, qui multa pro illo  
ad populū intentabat, ut recōciliaretur suo dñ. pollicent̄ omnes, si ueniat  
in conspectum, nihil mali passurum, multorum etiā nubilos uultus discus-  
surum: cum presente se, melius omnia qp per interpositos acturos. Itaqz fi-  
dem facit cōmunitas, uiris probatis, quibz sciebat archiepiscopū creditu-  
rum se cum sinceritate cum illo in gratiā reddituros. Venit ille, & rebz ut  
uidebatur omnibus cōplanatis, concordia integratur: iurante utraqz dissi-  
dentium parte, super uenerabili Christi Sacramēto. Credit archiepiscopus  
rem germanitus cōpositā, stirpitus extincta odia: abit, redditqz ex cōmodo,  
in ciuitatē: nihil etiā mali suspicatz: crudelitatem ire in populo, erant incento-  
res pessimi, prodūt se multorū diu latentia odia, iam presentē in palatio suo  
circūsistunt, uelut captū asseruant in cōclau: Capitulū uel aberat, uel non  
omnino, ut debuit, fideliter astitit pōtifici. Audit ille indignantiū murmu-  
ra, rationē se omniū pollicet redditurū: emollire tentat sequentes, blanditur,  
pollicetur, nihil proficit. Reperit mane scriptū creta, in foribz cubiculi: Ver-  
bum quod supra Christi corpus iurasti, non implesti: iussit deleri, renoua-  
tur. Iam uidet quid moliātur: alloquit̄ propiores, reddit factor̄ rationem:  
surdo fabulā narrat. Alio uidit item tēpore scriptū: Frangenti fidem, fides  
frangebat eidem: Iam certā sibi paratāqz cernebat perniciem: itaqz Dñ se, &  
causam suam recōmendans, expectabat euentū. Sub noctem rapit in carce-  
rem, tenebrosum, squalidū, profundum: oneratur catenis, macerat̄ inedia,  
mille excruciat̄ modis, uir deo dignus, quē improbi diu habere pontifi-  
cem non mererentur. C A. XIII.

a Die nati Iohānis, ad festum usqz Matthei sedebat in tenebris, lu-  
cerna lucens: Iam cōsiliū parricide firmauerūt. Eligunt̄ uiri qua-  
tuordecim: de Magdeburgo octo: de Hallis quatuor: de Caluis  
duo, ueste per omnia simili, & laruis induūt: ut etiā inter se nosse nō pos-  
sent, quis esset quisqz. Clauas manibz preferētes irruunt in carcerē, clamori-  
bus testati nequicie ebrietatē. Vinctum pontificē, ludibūdi chorisantiū in  
more circuierūt: & ut in tenebris poterant, clauis sepe innoxij*s* iacentē te-  
tigerūt, Iam uertigine in errore acta; ut internosci, quis cederet, nō posset

Virtutes ar-  
chiepiscopi.Archiepisco-  
pus cessit ab  
urbe.Fides cōita  
tis Magde-  
burgensis.Capituli cō-  
sura.Archiepisco-  
pus carcerat̄Eligunt̄ par-  
ricidae.Modus ne-  
cis presulis.

# LIBRI VIII. CA. XIII. ET XIII.

Laruati ne  
cāt pōtificē.

Cadauer per  
annū in car  
cere.

Vir iustus  
perīt.

Decanus ele  
ctus capitulū

Lantgraui  
Hassiae

Lakold<sup>r</sup> rex  
Poloniæ.

Bellum.

Arma soica  
Polonorū.

Treugæ.

unus ex his, clava ferit caput pontificis: nec opus fuit iustum iterare: uertiginem tñ cōtinuarūt, donec mortuū esse non dubitarēt, egressi ponūt laruas nec inter eos quis necē peregisset, sciebatur: nisi q̄ omnes eque noxiū & esent, & haberī uoluerūt: qui uno cōsilio grauissimū parricidiū, & atrocissimum facin<sup>r</sup>, peregerūt: nec refert cuius manu interierit, qñ omniū conatus cōsumatū est scelus. Linquitur sanctū in carcere cadauer, anno pene toto. Ignorabat capitulū uacare ecclesiam: iam pene in obliuionē uenerat pontifex: Cum ciues, uelut ignari rerum, inspectare uadunt quid agat carcerat<sup>r</sup>: reperiunt iam fetore graue, uermibus scatere: diu turnitate pene cōsumptā carnem: Enūciant defunctū in carcere. Non potuit internosci pōtificis, nisi in capite signū: extrahit: in medio templo tumulatur, lachrymantib<sup>r</sup> per circuitū bonis omnib<sup>r</sup>, q̄ vir iust<sup>r</sup>, & pōtifex inter suos, tam miserabiliter lacerat<sup>r</sup>, perīsset. Sed illi tñ sequuti sunt casus: ut non leten<sup>r</sup> de grauissimo in pōtificem scelere. Interdictum per urbes diuinis officijs: Excommunicati omnes cōscij. Episcopus Mersburgensis, cum amicis suis non paucis, gladium distinxit: ut uindicaret carnalē. Sed qui cēsus est, meliora peruenit ad regna: acccepitq̄ proemia patientię, iusticię, sanctimonię: vir imprimis intersanctos martyres numerandus. Eligitur in eius locū decanus, vir de crepitę etatis. Ascendens ipse pro cōfirmatione, capitur a Romanorū rege in odiū summi pontificis, qui gladio suo abuteretur in eundem Ludouicū regem. Nam & ipse Burchardus archiepiscopus parens papalib<sup>r</sup> literis, regem ipsum excommunicabat. Electus in carcerē tractus, nō diu superuixit. Papa filio Lantgraui Hassiae (Latini dicerent comitem prouinciale) de illa prouidit ecclesia: nam ipse tum Lantgrauius Auinione fuit, ex quibusdam causis cum coniuge.

## CA. XIII.

innouare cōstituens, immisit fossorē qui purgaret. Ille, nescio quid passus, subito intercipitur mortuus, descendit alius, ut uideret quid prior patetur, & ille quoq; statim expirauit. mirati qui supra stabāt, cum clamorib; nemo responderet, & hunc mortuū intellectu. Tertius fune immissus, iubebat ad primū signum se retrahi; uix medium peruenit in specum, & iam spiritu cœpit intercipi, clamās ut extraheretur: eductus, uix spiritū retinuit multos postea dies elanguens. Basiliscum inesse putabāt, qui uisu interficebat immisos. Cūq; idem proximis hinc annis Buxtehude opido Bremensis ditionis accidisset: Physici causam dixerūt aerem in imo corruptissimū, qui cōcretis humoribus pessimis, magis atq; magis putrescēs, adeo cœperit esse uenenat, ut flatū draconis, aut uisum basilisci superaret. Et, qn̄ ostētorum incidit memoria, illud quoq; referam, quod per eam etatē in opido Wittenburgo ferunt cōtigisse. Incendiū edium furtim procuratū, imponebatur in eo opido innocentī: Ille q; sancte iurans, eius se culpe non esse affinem, purgationē afferebat uulgarem de ignito ferro: quam iuribus interdictam, aut ignorauere, aut cōtempserē, qui iudicio preerāt laici. Ferrū ergo ignitum ille deportat, itinere nō paruo: tum manibus excutiens, nihil lesionis preferebat. Euanuit ferrū ex oculis mirantiū omniū. Annus pene totus intercesserat, cum aliis iam silicibus uiam stratus in opido publicam, in arena loci manū uertit, & inuento ferro, adhuc ignescentē dexterā adurit. mirati qui astitere rem, preferunt loci prefecto: Illi mox incidit suspicio, illum esse hominē criminis reūm, quod innoxio imponebat. mox iubet ad questionē abripi: cōfitetur crimen, & ultimo supplicio, fractis rotis cruribus, interimitur: itadiuino iudicio est proditus noxius. XXXI.

Vm magno inuicem bello cōflictati essent Albert⁹ dux Magno polēsis, & Romulus marchio Brandēburgensis; cum se pro marchione rex Danor⁹ Waldemarus interposuisset: magnis est presijs sepe cōflictatum. Nam rege Danor⁹ magno suorū agmine in Marchiam ducēti, Albertus dux se opposuit: sed cum audiret alia de parte non minori exercitu aduentare marchionē, ne inter hostiles exercit⁹ clausus intercipetur, dimisso rege, obuiā pergit Romulo: cum quo manū cōserēs, uictor cœpit supra quadringentos ex agmine marchionis. Audiuit interea regē obsidione opidi Berlin demorari: in quē ducēs Albert⁹, cū eo q; patrat configere. Sed interueniūt, qui rem placidis tractatibus intercipiunt: utrūq; principem eo inclinātes, ut arbitratu Magni Suecię regis, cui⁹ germanam tenebat Albertus coniugē, omnis cōtrouersia sopiretur. Cui⁹ desinde interuentu res ita finiūt. Marchio remittat ius omne in terra Stargardie; filiam accipiat Alberti ducis indotata; dos sit redemptio quadringentorum ab Alberto captor⁹, cū opido Lentze. (Leontium dixere Latini.) Coeter⁹ donatio propter nuptias (uitalitia uocant) opida Werben, Zehusen, Parlberge, Arnsborg. Inde, quia res de adulterino marchione necdū sopita erat, rex Waldemar⁹, Romulus marchio, Ericus dux Saxonie; Regem Karolū conueniūt: expostulantes, cur tantū excitauerit bellum per occasionem bufonis, hominis utiq; impurissimi. Ille se principū sacramētis

LIBRI VIII. CA. XXXI. ET XXXII.

adductū asserit, Ottonis Archiepiscopi Magdeburgensis, Rodulphi ducis Saxonie superioris, Alberti comitis de Anhold. Tum illi, Potest quidē res fucata aliquādiū pretendi; sed ueritas inuicta permanet. & qm̄ cōpertū habemus de luce ueritatis, hominē esse nebulonē, decernat Romanorū rex irritam esse sentētiā, quā pro illo cōtra Romulū tulit, iubeatq; omni omniū odio esse persequendū. Nihil morat⁹ rex Karolus, facit, quod postulatur. Sed iam se nebulo cōdidit in tenebras suas in opidū, ut diximus, Desso w. Multe eius generis fuere fictiones & erūt nō pauciores. Sic illudi tentabatur Augusto Cesarī: Sic est tentatū de multis. Sed facile umbra discedit, ubi lux clarescit ueritatis. Iam in suam quisq; ditionē ex principibus, quos ille error agitauit, concesserant.

CA. XXXII.

**i** Karolo Ro. ac Bohemiæ regi satis pareret, Karolus eum stātuit ad iuga reducere, audet ille occurrere in armis, & cōferre manum, sed prelio rex superior factus, eo perpulit ducē; ut illi cederet ditioni. Permittit tñ quoad ipse uiuat rebus preeesse: sed morte eius ad regē reueratur: inc̄ eam rem obsides traditi, lītē diremerunt. Interea lancea Christi, dexterū brachiū sancte crucis, cum uno clavo, mensale Christi, quo fertur usus in nouissima coena, gladi⁹ Karoli magni, qui Gaudiosa dicere, & ossa eiusdē Karoli, cum multis reliquijs, de Nurenberga urbe per Karolū regem in Bohemiā sunt translata, ac in regiā arcem, que Karlsteen dicit, recondita. Sic paulatim explumaſ aquila. Mirū dictu, Rex Karolus ad subiugendos barones & nobiles regni Bohemię, usus est opera & cōsilio uni⁹ fratris religiosi de ordine Cisterciensiū (nomē illi Theoderico Kagelwid) ecenobio Leuin erat innutrit⁹. Cuius cum esset industria regi cōperta, magnus coepit haberi apud illū: usq; adeo, ut curiā ei⁹ multis annis rexerit. Ita ingenio, prudentia, & rerū dexteritate pollebat. Perpendit de minimo rex hominis industriā: Arci præfecit, que tenui erat prouentu: & trāiens eū cino rex, experiri cōstituit, quid faceret ille arcis suę p̄fectorus, & si ex tempore cōsulere posset necessitatī. Nihil ante premonito superuenit cū regio comitatu. Iubet apparare mensam. Ille subitū acccepit consiliū. Mittit, qui ad proximā uillam cogant omnes sues: quarū aures caudasq; p̄cisas iubebat introferri. Parū erat detrimentū uillanis, quib⁹ suus numerus in p̄cudibus cōstabat. Accēptas aures cum caudulis, mox iubet coquū uario genere impiperare. & quanto potuit celerius ac promptius regi ad mensam importari Delectatus rex hominis ingenio cum urbanitate (nam ex ridicula re pauit tum regē cum familia) eum deinde maioribus rebus p̄ficit. Vbi iam aliquot annis rem omnē ex dignitate gesserat, suū peculiū nō mediocriter adauxit. Nō potuit inuidiā euadere uirtus. Inuēti sunt, qui calumniarent apud regem, carperentq; q; frater unus, tantis auct⁹ opib⁹ regiam administrationē non satis ex fide ageret. Crebrescūt accusariones, agerit quisq; suū, criminā cumulant in unū caput. Rex sciens hominē facile se ingenio suo expediturū de obiectis difficultatibus, iubet adesse: cunctis eius calumniatorib⁹ in cōspectu regis astantib⁹. Prefinit illi diem rex: quo

Ro. rex fr̄s  
eat sentētiā p  
sc latam.

Bulco dux  
rebelliga.

Reliquie ex  
Germania in  
Bohemiā  
translatæ.

Monachus  
magister cu  
riæ regis.

Subita & ri  
dicula mēla.

Pulcher cal  
culus.

C i

**Calcul⁹ bre⁹  
uis.**

**Rex monas  
cho charior  
episcopatib⁹**

**Fuerunt la  
tronū lati  
bula.**

**Cōtentio de  
comitatu.**

**Ludificatio  
pulchra.**

**Extremā tē  
cauit latro.**

de sua administratione calculū ponat. Ille sub hoc: Quod serenissime rex precipis in diem fieri: possum etiā hoc momento expedire. Expectabat rex quid ficeret: iussitq; qñ uellet, poneret rationē. Nihil morat⁹ Theoderic⁹ ait: En breuis est calculus. Ad te ueni rex simplici religionis habitu, & pauculis in loculo denarijs: que si mihi pmiseris, omnia reliqua, que teneo, tua sunt: tibi rex habeto. Exhilarat⁹ Karolus, hominisc⁹ facetia, simul & facilitate delectat⁹ ait circūstātib⁹. Quis ex uobis est, qui talē mihi suar⁹ admīnistrationū faciet rationē? Illi uerecūdati, deiectis in terrā uultib⁹, siluerūt. Ea de re charior cepit esse regi: primū ad eptatū Mindeñ. deinde etiā Mag deburgen⁹, prouect⁹. Sed ille utroq; relicto, redibat ad regē. **XXXIII.**

O tempore ciues Lubi cēles, cum nullus esset finis latrocinior⁹ in e uijs publicis, ducē Magnopolēsem Albertū interpellarūt; ut eius permissu & auxilio latrones psequi, & sineret, & curaret. Ille non modo placide, sed etiā cupide est assensus. Expeditoc⁹ agmine iunxit arma ciuib⁹: & euerſa sunt latronū illa latibula, Dusow, Laffow, Radewin, Domnitze, Meyenborg, Muggenborg. Quotquot uero in his deprehenderant criminū reos, mox ultimo affectos suppicio, appenderūt in uicinas arbores. Quo etiā tempore, moriente Ottone comite de Zwerino, cui cognomen Rose indiderant: peruenissetq; comitat⁹ ad fratrē eius Iohannem de Tekeneborg comitē: estuabat miro defyderio dux comitatū illum sibi adiūgere: q̄ natus esset filio eius Alberto, qui postea rex fact⁹ est Suecię. filius, ex filia eiusdē Ottonis de Zwerino comitis: qui hereditario posteritatis iure, ad illū spectare comitatū putaba. Itaq; armis intentauit occupare: firmauit obsidionē: erexit presidiū aduersus opidū & arcem, ut impediret ingressum & egressum. Sed lacus adiacēs, magnā dedit ciuib⁹ facultatem exeundi, importādīc⁹: ut non solū pro arbitrio, que uellent, inueherēt & eueherent: uerū etiā ausi sunt ludificare obsidentes. nūc muliebri ueste, nunc piscator⁹ habitu fallebant hostes, uisi sunt ad pisces prehendēdos exisse, hostes captos traxere in urbē. Ita obsidionis labor fuit sine fructu. Tēata est tractatib⁹ res omnis cōponi: & conuenit, ut Iohānes comes accēpta ingenti, que tum expromitteba. pecunia, cederet iuri suo. Fideiuſſores interuenere, qui nisi cōstituto tempore es expromeret: ipsi captiuor⁹ loco, uel obsidū, uocati uenirent in domū comitis antedicti. Prouenit iusta duci in comitē querela: cui⁹ p̄textu expromissum es ad plenū nō solueret. Ius q̄c⁹ in hodiernū pretendere ferunt comites memorati. **XXXIII.**

Vbicēses interim ciues latrunculis publicarū uiarū infestī, hoc omni agūt conatu: ut eorū receptacula demoliant, principū fauore, aut, qd min⁹ erat, cōniuētia. Pernicioſum illud latibulū Gorlōe oppugnant, circūſedentes diu. Stat sentētia nō cedere loco, nūc sit euerſum. Qui intus fuere, satis fidebant tueri ab armis, si a fame securi essent. quore unus cum reb⁹ diffideret, extrema tentauit, dissiliēs enim muro, uidentibus qui obſiderēt, inuitis omnib⁹ elabitur, nouit ille semitas sequentibus incompartas. Hoc autē euerſo fortalicio, in Stauenaw q̄que noxiū fūrum receptaculū duxere. Inde egressi duo fidentiores aduerlus quatuor-

LIBRI VIII. CA. XXXIII. ET XXXV.

decim, qui primis castris adequitauere metādis, confluxerāt: & qm̄ ultimus timor, qui dare solet uires, perurgebat, fortissime dimicātes, manū eorū euā sere: ceteros in utroq; repertos noxios, suspēdio nequaerūt. Cōtēderat tum rex Karolus in Italiā, ut Romē ex more coronā acciperet: ante hoc uero tempus iamdudū Summū Pontificem in Auinione cōsalutauit: Sed Romanorū futurū Imperatorem Roma uidere debuit. Igit̄ ex Herbipoli quā tum obsederat, moturus per Bauariam, mittit ad Ludouicū pridē marchionem iam, ut putabat recōciliatū, ut incolumē illi per terrā suā iter præberet. Non satis, quidē ex dignitate regia uidebañ, in proprio regno a quo quis poscere securitatē: nam is tum erat regni status, ut non indignū putaret sibi consulere ad securitatē. Ludouic⁹ dux per cōtumeliam exceperit uenientes; improprias, nihil eorū que sibi rex pollicit⁹ sit implesse, non se agnoscere regē qui ipsum non haberet ducē: mirari, q̄ faciē illi prætenderet amicam, cui hostilia omnia demonstrasset in facto. Rediere ad regē uacui oratores. Tum ex consilio principum remandat duci: aut incolumē iter per terram præstet ituro, aut ad pugnā se paret. Id uero quid opus fuit in mādatis preferre: ferro iter fuit aperiēdū: sed nouit ille Ludouici potētiā. Regressi ergo ad ducem regij, mandata exponūt: Ille cachinno excipit: non se crede re dicens, regem ea esse temeritate q̄ Bauarū impugnet: uanū esse metum quem tentet incutere, quomodo erant uana promissa quibus eum hactenus lactauerit.

CA. XXXV.

Alibus responsis diuinitit nuncios: & nihilominus omni qua poterat armorū copia se præparat, ut regi si infestus ueniat occurrat. Duxit rex in ducem octo armatorū milibus stipat⁹: sed ubi cōpedit ducem supra milia uiginti in armis habere, atterere uires mutuis prælijs consiliū non fuit. Erant inter principes qui rem tractatibus cōponendā sibi desumperūt: Suadent Ludouico deferat regi, honorem illius esse generalē omniū principū prouectionē: non conuenire rebus regni, ut principes regi rebellent. Si quid illi a rege poscendū uideatur, iure non armis agat: se annifuros, ut ab rege equa omnia impetrat. Regi quoq; persuadēt, ut ducem suo dignetur honore: promissa implens, ad iusta omnia sit exorabilis. Spondet rex omnia se ex cōsilio principum gesturū. Igit̄ flexus Ludouicus, regem non solū ire sinit, sed etiā copijs auget, usq; in urbē deducturis regem. Ita rex per Italiā quam satis cōpertā habebat, ducit exercitum: nam sub patre Iohāne Bohemie rege, quem Itali Henrici Imperatoris aui sui fideles, sub rege Ludouico inuocauerāt: Hic Karolus diu copias ducebatur. misit aut̄ Pontifex Auinione cardinales Romā, qui Karolū corona donarent Imperij cum cōthorali. Quod cum solenni apparatu esset impletū: sciens Karolus quid ex se Romani essent petituri, ut quedam ueteris obseruatiō instituta roboret, in prēiudiciū Romani Imperij & ecclesiæ: cumq; postulanda dare nec posset nec uellet, firmassetq; animū aduersus preces: & si quid forte uiolentiū intentare uoluissent, simulauit aliquantā se inter eos moram facturū, uenandi specie urbe egressus, iubet paulatim copias consestari, ita Romanorum manibus elabitur. Erat tum quinquagesimus sextus

C. 7

Ultimus tis  
mor purget

Roma debet  
uidere Ro.  
Imp.

Lud. Dux  
cōtumelios⁹

Cachinno  
excipit ora-  
tores.

Principes  
suadēt pacē.

Lud. Dux  
flectitur.

Cardd. Ro-  
mā mitūt.

Rex simulat  
erga Roma-  
nos.

LIBRI VIII. • CA. XXXVI. ET XXXVII.

post mille trecentos annus. Quo tempore diuinū officium decem & octo annis in urbe Hamburgo intermissum, redditur: ex causis supra suo loco memoratis.

CA. XXXVI.

Conuentus  
principū in  
Lubica.

Mercatores  
Hās; migrat

Transactio.

karol⁹ edidit  
aureā bullā.

Rex Letuas  
nō capīt.

Capit regis  
filius.

N Lubica tum omnes uicini principes celebrē cōctū habuere ad mutua interloquia, super generali terrarū omniū statu, tranquillitate, & pace. Aderat rex Danie Waldemar⁹, eius cōventionis institutor, Romulus marchio Brandenburgensis, Eric⁹ dux inferioris Saxonię, Casimir⁹ dux Stetinēsis, Werslaus dux Wolgastēsis, Eric⁹ dux Sleswicensis, Nicolaus & Henric⁹ comites Holsatię, Adolph⁹ comes Wagrię ad Holsatię. Salubriter ibi omnia cōstituta, grauissimis poenis sunt sancta in eos pr̄sertim, qui fouerēt, recoptaret latrocinātes. Ibi de more ludi militares: hastis incurruunt inuicem quotidie: choreę dominarū & apparatus ubiqz splendidi. Quo tempore mercatores in Flandria, diuersantes ex urbibus orientalib⁹ (ut illi uocāt) cum Bruggensib⁹ grauem habuere similitatem: que usqz adeo inualuit: ut populariter locū descrentes, in Dordracū Hollandie opidū se cōtulissent, ibi publicū emporiū cōstituentes. Tribus annis eo loco cōmorant. Flandrenses aut̄, precipue Bruggenses, cum satis inteligerent, quid Flādria, & quid potissimū urbs eorū haberet incrementū ex mercatorib⁹, & quid ea demigratione haberēt detrimenti, Lubicam se cōtulerunt: quo etiā ceterarū urbium euocatis oratoribus transigēt super omni cōtrouersia, & in antiquū statum redit emporiū. Nūc stapulā uocāt mutuato de Germanica lingua (ut in alijs quotqz sepe fit nationibus) uocabulo: Aggestionē & comportationē sic uocant merciū omniū: que id genus sunt, ut seruādo seruari possint. Miserūt aut̄ urbes orientales duos ex consularib⁹ uiris omniū nominib⁹ oratores: qui reponerent mercatores in pristinam fruendarū libertatū possessionē: alterū de Lubica, alterū uero de Turiaco, Prussia quondā celebri opido: nūc, ut aiūt, per incrementū Gdani ruente. Hoc est illud tēpus, quo Karolus iam Imperator reuersus de Italia, Constitutiones fecit de omni gradu & ordine principū, deqz electio ne regis: renouauit & reformauit uetera principum placita: qua de re diximus quantū uidebatur satis in Saxonia. Extat Bulla aurea, que cuncta ple nius eloquitur.

CA. XXXVII.

Sicduū erat illo tēpore bellū Magistro & fratribus ordinis Teutonicorum in Prussia, pro sue professionis debito, in perfida Chri sto gentē Letuanor̄: Sepe congressi miscuere prelia, & man⁹ conserentes, illum habuere exitū, ut rex ipse gētis Kinstock captus, perueniret in man⁹ Magistri memorati: duciturqz in Burgū Marię (Marienburg uocant) māsit ex die Palmarę in profundam hiemē: sed tum corruptis ere custodibus, elabitur. Magister aut̄ magna collecta manu, fugitiū insequit: priusqz resumptis uirib⁹ grauior incumberet: omnibusqz peruastatis, peruenit ad obsidionē arcis munitissimę Kanwenpelle: sciens ibi regis inesse filium cum multa nobiliū manu: & cum nemo oppugnātes impediret, arcē expugnauere: captūqz regis filiū mādat ac custodiendū permittit duobus ex proceribus, & omni populo militibus: uictorem exercitū cum captiuis

LIBRI VIII. CA. XXXVII. ET XXXVIII.

reduxere in Prussiam. Hoc etiā tempore Lubice per incuriā famulorū succēsum pretoriū, conflagravit; nam de camino uehementius & incantius incenso, scintillē caderant frequentes in loca carbonū repositoꝝ, & ignitis omnibus priusq; cerneretur, inextinguibile promicuit incēdiū. alij de pulueribus de salis petra exortū ferūt ignem, sed ad illos quomō peruenit nisi consulto immissus ignis non facile capit: ea est custodiendorū impēsa diligentia. Albertus per ea tempora dux Magnopolensis, ut sepe alias, cōtrouersiam tum quoq; fouebat aduersus Ericum Saxonię ducem: sed interueniente rege Danorū Waldemaro, res pacatur: cūq; conditionibus ab rege prolatis male pareretur, renouatur bellū, quod in Saxonia scripsim⁹. Mari timē tum urbes, quarū p̄cipua, & quedā uelut regina Lubica, apertum tum bellū indiexere Danorū regi Waldemaro: q̄ non sineret innoxios in regno mercatores sine nouis impositionibus agere: nam prisci reges cum hoc maxime contenderēt, ut aquilonis regna mecatoribus frequētarent: unde & regibus uectigalia, & regnis incremēta prouenirēt: inuitauere ali enigenas in ea mercatores, datis immunitatib⁹ & priuilegijs: que rex tum Waldemarus non inuiolata sineret, qua de re ciuitates ille pro suis mercatoribus hostilia regi nunciauere, & nauibus expeditis duxere in regnum. Nec segnior rex, nauibus impositū exercitū obuiam iussit proficisci: cui si iūm suum p̄fecit Christopherū. Congrediuntur naualī pugna fortiter certantes: durassetq; in longius tempus pugna, nisi regis filius Christopherus, iectus bombarda grauiter uulneraret: quo accepto incōmodo regia classis se pugne subduxit: uictoriāq; non incrūtā, sine magno quoq; fructu, reliquit hosticus. Christopherus accepto ex uulnere breui diē suū obiit. Classis aut̄ urbiū non contenta hostes in fugam egiſſe, ad p̄dā in terras applicuit. & expositis copijs in longinuum excurrebant. Regijs oportunitate accepta, cū cernerēt classem ciuitatū egressis militib⁹ nō satis custoditā, inuadūt: & sex ex omni numero maiores naues impositis suis abduxere: redeūtes aut̄ qui p̄datū abibāt, egre reliquis in nauib⁹ omissa p̄dā, reuertuntur: Eius classis prefectus Iohānes de Wittenburgo procōſul Lubicensis, reuersus publice de negligentia & incuria accusatur: produc̄tusq; in iudiciū, capitalem accēpit sententiā, publico gladio cēsus. Seuērum reuera iudiciū, si malign⁹ aberat animus. C A. XXXVIII.

Am Theodericus Kagelwyd, de quo prefati sumus, frater ordinis Cistercij, adeo cōmendat⁹ Karolo Cesari, primū ad episcopatum Mindensem peruenit: deinde ubi Otto Magdeburgensis episcopus diem suū obiit, canonici Ludouicū Halberstadēsem episcopum postularūt: cui rei magnopere ciues reclamabāt: iam bellorū per Ottonis tempora perteti. Venerat interea nuncius a sede Apostolica, qui literis prodūctis in mediū, ostendit ad instantiā Imperatoris Apostolica prouisione ad ecclesiam istā esse translatū Mindensem episcopū Theodericū. Ciues rem maximis uotis probauere: q̄ scirent consilia pacis esse in honōre. Canonici duras partes fouebāt: nam postulationē quā fecerāt, de mera Sūmī pontificis gratia pendere cognouerant: nec reluctandū sibi esse, quod Papā &

C in

P̄ectorū Lubice conflagravit.

Vrbes mari timē indicūt bellum regi Danorum.

Naualis pugna.

Victoria cruenta contra Danos.

Mala custodia nauū.

Sentētia capitalis in p̄fectū classis.

Prouidetur eccl̄ie Magdeb. de presule.

# LIBRI VIII. CA. XXXVIII. ET XXXVIII.

Misereat  
grauiter sub  
sunt plebeis

Archiepisco  
pus viij. annis  
absens.

Nova gloria  
Wadalorū.

Confidentia  
ducis Saxos  
nię in Lubi  
censes.

Scholaris  
vii. anni dor  
mitiu.

Sapet oīs.

Imperatorem in ea re unū sentientes, sibi experiret aduersari. Itaqz Theodericum qualicūqz animo suscepere: uirum plebei generis de Stēdalia natum. Id solet cōmouere gen⁹ hominū militare: grauiter enim talibus subesse patiunt̄: Ille aut̄ prudēter rebus omnibus compositis, quę pristino bello extra ordinē reperit disiecta. Vbi intellexit se minus gratis oculis aspici a capitulo & ministerialibus, prudenter rebus suis consulens, ecclesiā commendabat Capitulo, terrā aut̄ militaribus & senatui Magdeburgēsi; ipse ad Imperatorem rediit in Bohēmiā: affuturū se suis re promittēs ubi opus uideretur. Itaqz septē annis ecclesiā suā absens gubernabat; prius tñ qz abi ret ecclesiam maiore renouatam ipse dedicabat. Per quod tempus suborta de nuptijs Elizabet germanę sororis comitū Holsatię, grauissima controv ueris: omnes regni proceres Suecie, ex foedere pacto transferūt ad Henricum Holsatię comitē cum nuptię de parte regis non procederēt: quod in Saxonia incz Suecia explicuimus. cum Henricū comitem proceres Suecie regem suū esse uoluerint. Ille vero misit eos ad Albertū Magnopolensem ducem, unū ex tribus eius filijs quē mallēt optione proposita deligerēt: q̄ essent illi nati sorore Magni regis Suecie. Illi uero ad Albertū, triū per etatē mediū, inclinarunt: quem etiā pater suus prouexit in regnū. Hec est illa ueteris Wandalice gētis renouata gloria, q̄ non solum Aphrię oīm regnauerit, uerū etiam Russię, Polonię, Bohēmię, Dalmatię, Bulgarię im peritent: nunc uero transmissio mari, regnum suum in Sueciā usqz perduxerit; & imperiū suum usqz ad omniū aquilonariū nouissimos Phinnos, pro latauerit, nam ea fuit prima iam regis Alberti in ea gente, expeditio militaris. Per ea quoqz tempora, tanta fuit Erico duci inferioris Saxonię in fēnatū Lubicēsem confidentia, ut per aliquot menses absfut⁹ prouincię transire enim in Daniā ad regem Waldemarū cōstituerat) senatui Lubicensi omnē suam permitteret ditionē: orās, ut fideliter illiū ac sua tuerent̄. Illi suscipiunt; efficiuntqz, ut qzuis Erico male uellent & Magnopolēses & Holsati: eo tñ respectu conquiescerēt, q̄ scirent non passuros ciues rem fugiendi permīssam, labefactari.

## CA. XXXVIII.

Em incōperta nouitate mirabile, silentio preterire nō oportet. Ferunt iuuēne scholasticis disciplinis Lubicę intentū, secretius, ut si ne interpellatione dormitaret, se reclusisse nemine sciente: cum nō appareret quid de illo esset aētum: requisiere: non inueniētes, arbitrati sunt clam urbe profectū in patriam: transferūt septē illo sopore anni; iam per casum euenit, ut quispiā scrutaretur curiose, quid cōcamerato in muro capsā contineret, uidit iuuēne soporatum: & cum ignotus illi esset, grauiter confusum exciuit de somno. Iam redegerunt in memoriā, qui illū prodire uiderant, ante septenniū disparuisse iuuēne: quem etiā non mutata, nō macerata facie, certissimū iudicarunt. Stupor apprehendit omnes: Ille miratus quid stupeat: arbitratus se noctem unā cum parte diei somno cōsumpsisse, ubi audit factū, stupet cum stupentibus: nec edicere potuit quid amplius esset passus, q̄ solet homines profundo somno (lethargū uocat) soporati. Viderint physici, si poterat humidus ille locus souere & cōtinuare tam di-

## LIBRI VIII. CA. XXXVIII. ET XL.

uturnum somnum, sine cibo & corporis maceratione. Hoc est illud tempus, quo Summ<sup>o</sup> pontifex Gregorius XI. curia suā de Auñioie Galliarū urbe reduxit in urbē Romā, per occasionē quā in Saxonia dixim<sup>o</sup>. Quo etiā tempore ciues Lubicenses durā habuere controuersiā cum familia Holsatiae militariū de Bœckwolde: cōniuentibus ad omnia comitibus, cum illos minime audirent. Erat boni nominis honestus ciuis Lubicensis, cognomēto Moerkercke, qui cum in predijs memorator<sup>e</sup> de Bœckwelde redditus coemisset, literasq<sup>e</sup> de more accēpisset: q<sup>uod</sup> retardata solutionem ipse sua auctoritate pignorationibus extorquetet: hoc cum semel atq<sup>e</sup> iterū ficeret, indignati sunt memorati, predicator<sup>e</sup> & predoct<sup>e</sup> dñi, q<sup>uod</sup> in suo ciues tam agerent imperiose: in insidijs se collocant, cum quanta poterāt manu, ut ad similem causam exciperent uenientē: cūq<sup>e</sup> ille pro consuetudine pignoraret, illi de insidijs prodeuntes, inuadunt, cedunt, capiunt, abducunt: & uinculis constringentes, memoratū ciuē, multis cōtumelijs afficiunt. Ferūt expandisse hominē in chordas, despūsse in faciem, & omnibus probris & cōtumelijs affectum, uiribus omnibus exinanuisse: interuertere deſide ex amicis nō nulli qui fidem interposuere: uiuū aut mortuū se reddituros, ut in sua domo recrearet, ille ex uulneribus & initrijs multiplicibus contabescēt, cum dies propinquaret eius reduceridi, spiritū efflauit, qui fidem suā obstrinxerant de reducendo, mortuū retulere. Illi recepto cadauerē, q<sup>uod</sup> non poterāt in uiuentē, in mortuū sequerūt, deſectū caput palo infixerūt: quomō solent ciues agere in predones. Tota cognatio, immo urbs universa fremuit ob iniuriam: & qm̄ non publicū erat bellum, sed priuatū latrociniū: hoc uindicare cōſtituentes ciues, urbe educūt, & omnia euastant memorator<sup>e</sup> de Bœckwolde predia: euertūtq<sup>e</sup> presidia i grie infecto, aliquot ex his captis: presertim quos tanti facinoris authores sciebāt, publico gladio ceciderūt: quasi itinerum predatores, & publicē pacis nuper a principibus, constitutū violatores.

## CA. XL.

Vrauerat per hoc tempus bellū in regē Danior<sup>e</sup> Waldemarū, ubi quas uocat Wādālicas. Nauigat expedita ad militā classis in Daniā: fiunt excursiones, oppugnātiū arcēs, capitū turq<sup>e</sup> Copenhauen, Elschenor, Nicoping, Falsterbode, Schonhoer, Alsholm: aberat rex non cito, quod in Dania diximus, redditurus. Opītiōne illi indidere, q<sup>uod</sup> uenerio eum sui insectarent: quocirca magnū foris tempus cōsumpsit. Proceres regni rem in colloquia deduxerē: conuenerāt ut ciues redditis, que nunc militari manu sumpserant, arcibus, Scaniā per annos sedecim teneant cum omnibus obuētionibus regnjs, in cōpensationē damnoꝝ que rex mercatoribus irrogauerit: ut interposita fide publica de literis sigillatis, exacto tempore memorato, pightis ciues redderent acceptū: incēp̄t eas cōditiones tum est pax firmata. Lubicenses ex suo numero prefecerūt Scaniæ quos uerant. Per quē etiā tempora Letuani quibus perpetuū erat bellum cum fratribus de domo Teutonica per Prussiā, hoc anno. LXVIII. post mille trecentos, magnis agminibus ingrediuntur Prussiā uastabundi: non erat fratribus tanta uirium aut armor<sup>e</sup> copia, ut illis obuiā prodire cōfiderent.

C. viij

Curia Ro. te  
dit Remā.Sæuicia ma-  
gnā.Sæuicia in  
mortuū.Vindicta sic-  
ture.

Bellum:

Arces per ur-  
bes Wādāli-  
cas in Daniā  
captas.

Pax firmata.

Letuanii  
Prussiam.

LIBRI VIII. CA. XL. ET XLI.

Sequitiam mag  
na.

Gades Wer  
der arx cas  
pitur.

Letuani in  
Prussiam.

Cruenta ui  
ctoria.

Capiuntur  
duo ducis i  
prælio.

Capiuntur  
duo ex dñis  
de Diepholt

Albert⁹ dux  
cadit in bel  
lo iniusto.

Episcopus  
obsurduxit.

148 sed arcibus & opidis cōmunitis, sua ut poterat tutabātur: tres tñ arces ex pugnauere hostes, & sublata preda ignem iniecerūt, equarūtq; solo: progressi in Masouīā, opidū Polchos occupauere, in ipsum seuerissime sequentes, ut neq; religioni, neq; sexui, neq; etatē parcerent, omnia illis paria fuisse: uorax gladius, & sequutus ignis omnia perdiderūt. Firmauerat fratres arces suas, nouam Gadeswerder appellauere: eam nouā munitionē Letuani inuadentes, q; necdū esset satis confirmata munitio, occuparūt: & impo sito, quod fatis putauerūt, presidio retro abierunt. Sed rigescente bruma cum peruiē fierent alias intrāsibiles paludes, fratres agmē immisere suorū: unde expugnato, & occiso trecentorū hominū, quod Letuani imposuere, presidio, locū recœperūt: & aucta eius munitione, in reliquū tempus tenuerunt. Cūq; proximo anno Letuani in Prussiā redissent agmīne magno, ipsiq; fratres iam aucti uiribus arma tenerent multorū auxiliaria, ausi sē credere campo, hostibus occurrunt in Rudow, non longe ab urbe Monteregio: ibi q; consertis prelio manibus, magna utrinq; strages peracta est: sed maior infidelitū, ut non dubia, sed cruenta esset uictoria fratrū, cecidere ibi aliquot preceptores, precipue Marscallus uir ad arma fortissimus. Nam quod fieri solet, in magnis periculis promptissimi quicq; corruūt primi, ducenti tum fratres desyderati sunt, cum multis militibus ac militaribus: sed impar erat ea stragi Letuanorū Russorūq; qui illis auxilio uenerāt. **XLI.**

Albertus dux Magnopolēsis certamē de finibus ditionū habebat cum uiciniis de Stetino atq; Wolgasto ducibus: congressiq; sunt in loco de quo illis contentio fuit iuxta Dangarden: ibi cum multa fortiter fieret, & aliquādiū staret incerta uictoria, Albertus mox uictor emicuit: ducibus memoratis in prelio captis: multi preterea capti militares in quibus Widekindus de Buggēhagē Marscallus: non pauci ex fortissimis eo prelio utrinq; ceciderūt. Dum uero hoc bello implicit⁹ tenereſ dux Albertus, obseruās hui⁹ oportunitatē temporis, Magnus dux Brunswickensis multis inter auxilia ductis, Albi trāsmisso, ripariā terram Alberti cœpit euastare: congregati quos tutandis finibus hoc metuēs reliquerat, hostibus se obiecere: magnisq; animis cōfisi, retro ad naues coegerūt: ibi dū trepidant, multi merguntur, alijs capiūt: inter quos duo de Depholt nobiles dñi, ipse Magnus uix cum paucis elabitur, primo trāmissus nauigio: Ita uno tempore diuersis locis, duplex Alberto prouenit insignis uictoria, cum principes & nobiles multi capti traherentur. Nec diu post idem Magnus cōgressus Ottoni de Schowenborg comiti, sororio suo, satis iniquo bello, q; neq; dotē, neq; parafrena permitteret Ottonis coniugi: Sed tum mercedē accœpit, cœsus in prelio: quod in Saxonia retulimus. **XLII.**

Euerissimo tum in suos ciues iudicio Lubicenses sunt abusi, dum Holsatorū querimonias student excludere. Erat uir honesti nomi nis ciuis, qui episcopū Lubicēsem Bartramū sepe intetpellaret super redditibus, quos in illius predijs habebat exoluēdis: obsurduxit episcopus, nec ullā prebuit aurē monēti: ille uero accœpto, ut putabat, nutu unius ex procōsulibus, uocatis in societatē facinoris duodecim ex cōuicaneis.

ET XLI.  
LIBRI VIII. CA. XLII. ET XLIII.

in predictū episcopi Koldenhoff, contēdit: inde pignorationē fācīes pro retardatis censibus: querulaſ super ea re episcopus grauiſſime, uiolasse ciues iuratā pacem: & q̄ in alios soleant districtiſſime uindicare, iam ipsos commisſe: comites quoq; Holsatię eam rem ingrauarūt, fruſtra queri ciues de militaribus, qñ etiā ipſi ab iniurijs sui pōtificis non temperet, quem rectius ipſi ab aliena ui tuerent. Quid faceret senatus? graue erat innoxios uiros qui rem non insolitā, neq; per leges illicitā feciſſent, ultimo ſupplicio perde re: p̄fertim q̄ permittiſ ab uno, ut ferebant, proconsule (quod tñ ille diffi tebat) dicerent: grauius uifum eſt in ſe admittere nobiliū ac militariū ca uillationē affiduam, ubi de uiolatione cōſtitute nuper pacis & depredatio ne publicar; uiarū quererentur. Igitur turbata licet omni ob eam rem ciuitate, apprehensiſ tredecim illis ciuib; q̄uis permissionē ſuperioris preten derent, quā ille non fateretur in quem proclamauerere, publico iudicio con demnati, ſuſpendio perimūtur. Seuera nimirū & nulla miseratione tempe rata diſtriсtio, utcūq; feret ea facta minores: uincet amor patrie. Nec longum tempus in medio, cum ex militaribus Holsatię quiſpiā maiorē etiam uim intēdiſſet uni ex ciuib; querulati ciues apud comites, ut exemplo ſuo ſtatuerent in eum, qui publicā pacem uiolaffet, multa in tergiuersationē di cta, ſed erat responsi tum formula. Si cum arbor; folijs excrescunt abunde in arboribus ciues uestri, conſtituatis in illos quod uifum fuerit: noſtri mi niſteriales magno nobis conſtat, multis laboribus & periculis in uiros euadunt: nō tam facili momēto perdeſſi. Quo tēpore cū Summ⁹ pōtifex Gre go. XI. ex omni omniū prouinciar; clerū ſuū prohibitione cōſtrингētes, ne quid ſolueſſi: ſatis emunctā argēto Germaniā: iam omne aurū a barbaris (ut erat Italorum iactātia) ſubtili ſe ingenio abſtuliſſe. Obierat per id tēpus archi episcopus Mogūtin⁹: Papa ut haberet qui illi in tribus archiepiscopis uel unus gratificaretur: prouidit de ecclesia illa episcopo Bambergensi; ſed capiſtulum postulauit Spirēſem: qui etiā p̄dior; & arcī ſuū pofſeffiones prior apprehendit. Alius tñ magna Miſnensiū marchionū ortus familia, multis damnis, incēdijs, & depredationib; terras infestabat. Erat Imperator Karolus in parte Ludouici Bambergēſis episcopi: omnēq; Turingiā, eccleſię Moguntinę parentē uastabat; Erphordiā arctiſſima obſidione premebat. Inerat Adulphus de Nassow Spirēſis episcopus, nūc postulatus: ciues ille in fide continebat; lacerabatur inter medios infoelix ecclesia: que his malis nata eſt, q̄ in diebus etiā noſtris Adulphus de Nassow cum Diethero de Isenberg decertaret pro illa, cum ciuitas ipſa caperetur: quod ſuo tempore in cōmemorationē deuocabimus.

CA. XLIII.

Ohcemie regnū tum cecepit administrare ſub patre Karolo filius eius Wentzlaus, quem pater non contētus uni regno heredē re linquere, uoluit etiā Romani poſt ſe moderatorē eſſe, iuuēnē iner tem, & in quo paternus amor fecit non cernere uerum: melius etiā nunc ha beret Bohemiam, ſi nat⁹ nunq; fuiffet homo ignauus: ſub cui⁹ torpore increuit illa grauiſ Christianiſmo diuifio de ſecta Hussitar; que durat in ho

Querela  
Episcopi.

XIII ciues  
ſuſpendio ne  
cantur.

Reſpoſio no  
tabilis.

Petita p. Pa  
pa m decima  
negatur.

Duo conten  
dūt de eccl  
eſia Mogūt.

Wentzlaus  
incrs.

## LIBRI VIII. CA. I.

*Accessio ad imperium.*

*Aquila ex plumatur.*

*Wenzlaus coronatur.*

*Populus discedit a partibus.*

*Karolus rex inuisit Lubicanam.*

*Otto. IIII.*

diernum. Sed hęc postea. Tum uero Imperator cōlū ac terrā fatigauit, ut inclinaret prīcipes electores ad surrogandū etiā se uiuo regē Romanorū: successione non contētus, etiā accessionē agitabat, melius aliquanto Fridericus, nostri temporis Imperator: qui annitentibus hocipsum de filio eius Maximiliano principibus, quod tñ postea permisit, diu ferē restitisse. Sed tum Karolus grādi ere expromisso, in suam traxit principes electores sententiā. Scribit aperte in Bohemia sua Aenęas postea Pius Papa. II., cētum aureorū milia cuiq; electorum a patre Karolo constituta, & in pignus tradita, que sunt ad Renū uectigalia, certissimū quondā Imperij patrimonium, nunc electorū principum diuisa hereditas. Sic explumatur Aquila. Suscepere in pignus, sed inde firmauerūt: ut sacramentis prestitis, ab Romanorum rege nunq; liceat reposci. Iamdudū antea credidit Blondus Romanū Imperiū (cuius ille declinationē scribit) corruisse: poterat stetisse uideri, qđ diu tanto fulciret uectigaliū patrimonio: posteaq; ita illud direptū est, si antea corruit, nunc iacet obrutū, & ruinis suis sepultū. Hęc dolentes referimus: qñ non supereſt ſpes recuperandi. Igitur Fridericus Coloniensis archiepiscop⁹ ſuo in nouū Romanorū regē functur⁹ officio, coronat Wētzlaū Aquisgrani: adhibitis cōſuetis, & nuper a patre Karolo in aurea bullā constitutis, apparatus. Erāt tum per autumnū grauiflē tempeſtates: magna turriū partem uehementiſſimus turbo deięcit: euerſa in nemoribus per saltus arborea robora ſine numero: preludium id erat in urbe Lubica maioris in populo tempeſtatis & tumultuationis. Nam populus tum diſceſſit a patribus graui tumultu: qui niſi prudenter anteuersus fuiffet, magnum urbi inuexiſſet incōmodū. Sed eam rem tum exequemur: ſi, que fuit rerum occasio, a nobis prius explicabitur.

FINIT LIBER VIII.

INCIPIT LIBER VIII.

**I** Am Lubicensis ciuitas Wandalię totius corona, in eum excreuerat modū, ut & Imperatori defyderium uidēti creauerit: multis in circuitu ad inuidiam uſq; prouecta. Erat aut̄ LXV, post mille trecētos annus, cum Karolus Imperator omnes Imperij obiens prouincias, Wandalię quoq; ſua cōſtituit uisitatione illustrare: Romanorum Imperatorē ſecūdus, qui Lubicā inuiferit: Nam primus, Fridericus, bello insectatus Henricū Leonē, armatus illam obſedērat: cum nec ſexagesimū a prima fundatione, toties incēdio cōflagrata, implesſet annum: deditāq; accēpit, ingressus pacifice: auctis eius urbis iſignijs & priuilegijs. Deinde uero Otto. IIII. filius Hērici Leonis, & ſi frequenter in Saxonia eſſet, & uſq; in Hamburgū deſcenderet, Lubicā inuife re non dignatur: qđ per ſua tempora regi Danorū pareret: cum quo illi certa eſſent foedera in emulū Imperij Philippū. Amboiꝝ aut̄ pr̄eiuſ Lotha-